

remittere quibusdam creditur. Perpetuum
et semper in armis paratum exercitum
non amplius urget: fortitan, ne Rhenani
federis, cuius ipse precipuus auctor et
promotor, fœderat auctoritas aboleatur.

260.

Magus Veririus duos ex Casarei Residentis
domesticis Tauruno cum literis ad Casarem
dimisit, pacem offerens et domini sui amicibi,
am. Nam quæ hactenus hostiliter gesta, Hun-
garis castigandis facta, salva cum Germanis
amicitia. Eodem sensu post amissum Sa-
varinum Muhammedes Sinanis Veriry filii
us olim ad Ferdinandum Habsburgi Comi-
tem scripsit: cuius abditos dolos singula-
ri prudentia sub examen dum revocatos
deberunt Rodolphus Graducius et Jo. Bar-
vilius. quod extat apud Nicol Reusnerum
volumine IV. Orationum et Consultationum
Turcicarum.

23. Jan:

In Hungaria varia fortuna res geruntur.
Montecuculus oppida et castella circumit,
hoste procul, extra pericula, et extra glo-
riam. Duchius Neuheuselio infidias fru-
ens à Turcis, quibus consilium ejus proditum
fuerat, circumventus duo millia mili-
tum amisit. Serinius cum viginti octo

28. Jan: